



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

Cura spiritualis sigillatim vnicuique peste affecto, vel suspecto à
Sacerdote adhibenda. Cap. XXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

Si quos negligentes, & delinquentes in officio comparerit, cum ijs non modo cohortatione, monitione, sed aliquando etiam seueriore obiurationis acerbitate aget, vt sui quique muneris partes rectè, diligenter, & salutariter exequantur.

Si verò aliquando monitos obstinatè operam dare cognouerit, vt contumaciter, malèque agant; vt isti ab officio suscepto amoueantur, curabit, atque efficiet.

Monattorum vitia, quæ in eo genere hominum grauissima inesse solent, increpabit acerrimè. Sique hac via non succedet, vt in officio rectè agendi se contineant, illam aggredietur, vt magistratus pœnas reposcant flagitiorum, quæ admiserint.

4 Et quoniã per Episcopales occupationes omnibus locis præsens ad esse non potest, eam etiam rationem aliquando inibit, vt ad populos litteras pastorales scribat, quibus illos consoletur, confirmet, & excitet ad optima quæque, prout occasio tulerit.

Cura spiritualis sigillatim vnicuique peste affecto,
vel suspecto à Sacerdote adhibenda.

Cap. XXVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Cura spiritualis vnicuique peste laboranti, suspectoque à Parocho, Sacerdotenè præstanda in his consistit. 8.
- 2 Vt illum celerrimè inuisit; & sine mora sacramentum Penitentiae ministret.
- 3 Vt illi Eucharistiam pro viatico quàm primùm tradat, vbi certum sit eum peste infectum. 10. Vbi verò in suspitione tantum sit, vti communionem ministret. 9.
- 4 Vt extrema unctionis sacramentum sine mora conferat: vbi mortis certitudo sit. 11.
- 5 Vt facultate absoluendi à casibus reseruatis non abutatur.
- 6 Vt indulgentiam concedat Episcopalemque benedictionè impertiat.
- 7 Vt illum mortuum suffragijs adiuuet.
- 11 An supradicta diligentissimè præstentur, à quibus inquirendum.



Bi primùm Parochus, aliufuè certus Sacerdos constitutus, aliquem, curæ fuæ commiffum, pestilentie morbo laborare certior factus est, eum, vt celerrimè potest, paterna caritate inuifet; atque in primis diligentiffimè pœnitentiæ sacramentum ministrabit, & alia deinceps omnia adiumenta fpiritualia ad animæ salutem.

2 Quamobrem diligenter planè cauebit, vt nè, cùm morbi, ex quo aliquis laborat, vis fufpicionem pestilentie præbeat, falſa, inanique fpectus, eum diutius in vita permanſurum, id culpæ contrahat, vt abſque ſacramentis ille difcedat.

Itaque hoc præſertim nullo modo prætermittet, quin pœnitentiæ ſacramentum, mora non interpoſita, miniſtret.

3 Sacram autem Euchariftiam, niſi ob vomitum, aliudue impedimentum neceſſe eſt, aliquid moræ interponi; quàm primùm pro viatico ægrotanti, etiam ſi cibum ſumpſerit, omninò miniſtrabit; niſi manifeſtò apparet, illū à morbo conualeſcere: peſtilentia enim ægrotans in eo ſtatu verſatur, vt timendum ſit, nè vel ad punctum temporis mortem obeat.

4 Quare extremae etiam vnctionis ſacramentum ſine cunctatione, moraque ei miniſtrare poterit.

5 In ſacramento pœnitentiæ miniſtrando videbit, vt facultate, vel Episcopali, vel etiam Pontificia, qua etiam à criminibus illis, quæ Apoftolicis litteris die Cœnæ Domini editis, continentur, abſolui permiſum erit, prudentiffimè, atque ſalutariter viatur.

Denique ægrotanti omnia illa caritatis miniſteria, & officia præſtabit, quæ in extremo vitæ ſpiritu, alijs, curæ fuæ commiſſis, præſtare aliàs debet.

6 At verò prætereà dùm æger aliquo ſenſu viget, earum Pontificium litterarum auctoritate, indulgentiam ei concedet, Episcopique benedictionem impertiet.

Conſolationes proponet, quibus illum ad benè, ſanctèque in Domino moriendum excitet.

7 Vbi illū obiſſe audierit; eius animæ auxiliū feret orationibus, precibus, & in primis ſanctiſſimo Miſſæ ſacrificio.

8 Eam ipſam diligentiam, quam peſte laboranti adhibendam eſſe, paulò ante demonſtratum eſt, idem Parochus, & ſacerdos in ſpirituale adiumentum illius conferet, qui ex morbi ſolum ſuſpicionem laborat.

9 Sed, quod ad ſanctiſſimæ communionis miniſtrationem pertinet, dùm ille in ſuſpicionem tantum eſt, ſemel ab initio eam, non pro viatico tamen miniſtrabit, & deinceps aliquoties etiam, atque adeò ſapius,

E aut

aut rarius, pro pietatis studio, quo ille tenetur, proque curæ occupationibus, quibus ipse Parochus, vel Sacerdos destinetur.

10 Et verò, quàmvis paucis ante diebus sacram ei communionem præbuerit, cum tamen indicium eiusmodi erit, ex quo perspicuè manifestum sit, atque adeò certum, pestifera labe illum infectum esse, sanctissimum viaticum, etiam posteaquam cibum ægrotans cæperit, sine mora, pro illius præparatione, & statu ministrarit.

11 Quod sanè omne ut diligentissimè præstetur, videbit Episcopus omni accurata exploratione, & ratione, quam à præfectis regionalijs, & Vicarijs foraneis adhiberi mandabit.

Mox item extremæ vnctionis sacramentum ministrare poterit, ut paulò antè narratum est.

Cura omnis homini Ecclesiastico peste laboranti, vel suspecto, adhibenda. Cap. XXVII.

S V M M A R I V M.

- 1 Cura præcipua à Parocho Sacerdotuè adhibenda erga hominem Ecclesiasticum peste laborantem in spiritualibus subsidijs consistit.
- 2 Eleemosynæ conquisitio ad usum corporis.
- 3 Monitio præfecti Regionalij, Vicarij foranei, Episcopi de Ecclesiastici homines pestilentia, suspicioneuè.
- 4 Parocho Cura spirituali præfecto peste laboranti qui alius officij Sacerdoti præstet. 5.
- 6 Ecclesiasticus homo morbo affectus, suspectus, ad loca curationis publicæ quando non, & quando maximè ducendus; & quæ ratione; & quomodo ibi tractandus; & à quibus visitandus. 7.
- 7 Peste nondum irrupente, viri ab Episcopo deligendi, qui sibi in morbum incidenti ministrant. 10.
- 8 Episcopus, eiusque familia in pestis suspensionem incidens, quid agat, seruetque.
- 9 Episcopus peste ægrotans, ut se consoletur. 11.
- 10 Domo non egrediatur; & quid ibi agat, cum Canonicis, & 12.
- 11 Eodem ægrotante supplicationes agenda, oratioque sine intermissione indicenda. 13.
- 12 Episcopo pestilentia affecto, proximior Episcopus, & Metropolitanus per Capitulum admonendus, & quod illius officium.

Clericalis